



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv,
Ferdinandi S. Rom. Imp. Principis, Marchionis
Castilionensis F. Natu Maximi, Libri Tres**

Cepari, Virgilio

Coloniæ Agrippinæ, 1608

Patris vicarii inquisitionis Dominicani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43934

20 PRAECLARA TESTIMONIA



P R A E C L A R V M T E.

STIMONIVM, DE B. ALOY-
SIO, & hac historia, à quatuor Re-
uerendis, & Religiosis Patribus, qui
eam legerunt, & cum publicis instru-
mentis contulerunt, Brixia datum.

PATER VICARIUS IN-
QVISITIONIS, DOMI-
NICANVS.



GO F. Siluester Vgolottus, Le-
ctor Theologus Ordinis Prædi-
catorum, & Vicarius Generalis
Sancti Officij Inquisitionis, in ci-
uitate, ac diœcesi Brixieni, te-
storum, & iureiurando affirmo, le-
giſe me vitam Beati Principis D. ALOYSII
GONZAGÆ Marchionis Castilionensis, &
Religiosi sanctæ Societatis IESV, scriptam ab ad-
modū Reuerendo Patre VIRGILIO CEP-
ARIO Theologo, & concionatore eiusdem Socie-
tatis, quam cū instrumentis publicis cōtuli, è qui-
bus deprompta est, & cōperi quicquid de virtute
& sauctitate huius Beati adolescentis narratur,
id omne ex testimonij iureiurando confirmatis,
& instrumentis auctoritate Patriarchali, Archi-
episcopali, Episcopali plurium Vibium confectis,
desum-

desumptum esse. Præterea credo equidem verissima esse, non modo quæ hac historia referuntur, sed etiam longè plura. Nam cum hunc Beatum Principem tenera etiam tum ætate cognorim, cumq; eo sim versatus, exploratum mihi est eum à prima pueritia in Sancti loco habitum, & velut qui vita, & moribus Angelus esset ab omnibus commendatum frisse, cuius rei & ipse multa exempla in medium possem adducere. Iam verò in historia non modo nihil est, quod fidei, aut bonis moribus aduersetur, sed etiam prudenter, & spiritu religioso scripta est, & sanctitatis exemplis abundant. Evidem confido eam non modo religiosis hominibus, sed etiam secularibus, principibus, dynastis, quibus omnibus hic Beatus Pater dux, & exemplar fuit, multum utilitatis spiritualis allaturam. In quorum fidem has litteras mea manus scripsi, & subscripsi. Brixiae, in nostro Cœnobio S. Dominici.

Ego F. Silvester suprà dictus, quicquid suprà testatus sum, iureiurando affirmo.

PATER LECTOR MONACHORVM BENEDICTINORVM CASTI-
nensium.

Ego D. Paulus Cattaneus Monachus Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, sive S. Iustinae Patauinae, Lector Philosophiae, &